xisset, nisi Magnus Chrysostomus suo Auxiliatri-
ce vernacula succurrisset. Omitto illos funestissi-
mos pestes Molinaeum, qui tot foeda, tot flagitiosa
tot detestanda de Romano Sanctitatis domini-
lio excogitauit, et excogitata in lucem, o lucem in-
dignissima, edidit, ut Mater Italia à filiorum suorum
oculis ea semper remotissima esse voluerit. Sis
tu huius Aduersarius, habeas eloquium ipsius Tullij
facundiorem, singulari illa Philosophiae scientia
ipsum Aristotelem Sophiae cubiculorum excellas, in Theologia
denique adeo sis exercitatus, ut Aquinatem ac Scotum
longo interuallo post te relinquas. Nisi tu Graeca-
rum litterarum scuto ac ferro armatus sis, certe hunc
facinorosissimum Goliat numquam prosternes. Ille n.
plerosque suos nodos licet sine nodis, et sine fundamen-
to fundamenta sua plerosque non solum ex textu La-
tino sed maxime ex Graeco desumpsit. Nonne ergo
merito lingua Graeca sacrae Diuinae Christi Domini
caput, in quo nostra salus latet, rependit. Idcirco
Nullus, quantumcunque sublimis sibi videatur, Nullus
inquit Baronius summum Theologiae culmen attigisse
se putet, nisi in huius linguae studio exercitatus.
Quae cum ita sint, quid est, quod animum vestrum
dubium facere possit de huius nobilissimae linguae implor-